



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Polanci Societatis Iesv Theologi, Directorivm
Breve, Ad Confessarii, Ac Confitentis Mvns Rectè
Obeundum**

Polanco, Juan-Alphonso de

[Köln], 1617

Rationes tum à causa, tum ab effectu, tum etiam ab experientia ductæ.
Capvt VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41600

charistiam, quàm abstinere, tam ex genere facti, quàm ex parte effectus: & etiam ex habitibus inclinantibus ad accipiendum & abstinendum: quod ipse planè ostendit Innumerabiles alios, eosq; grauissimos Doctores idem asserentes, breuitatis studio prætereo. In eadem namque, vel simili sententia omnes ferè Summistæ, aliiq; Scholastici maxima confessione conveniunt.

Rationes tum à causa, tum ab effectu, tum etiam ab experientia ductæ.

CAPVT VII.

ET si satis esse deberent testimonia superiùs adducta ad intuendam veritatem, satis alioqui per se perspicuam: nihilominus eandem sententiam firmissimis rationibus probare nitemur, vt nullus aduersariis tergiuersandi locus relinquatur: nisi malint opinionem semel cõceptam pertinacius tenere, quàm cognitæ perspectæque iam veritati cedere.

Ratio prima. Sit igitur hæc prima ratio: Hoc Sacramentum est spiritualis cibus animæ: vt est apud Ioa. 16. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis. Et postea: Caro mea verè est

est cibus
indiget f
humidum
interitus
vitæ spi
ius Sac
ex concu
cupation
deuotio
Deum: p
tum fre
fieret, r
alienare
reretur.
uendum
ti sum p
lum inc
frequen
vulio
abstiner
Secu
cramen
mas in
mo ma
& deuo
huius S
mation
amoris
freque

est cibus : Sicut igitur corpus nostrum indiget frequenti cibo , vt instauretur humidum radicale; alioquin sequeretur interitus: ita etiam ad conseruationem vitæ spiritualis indigemus frequenti huius Sacramenti sumptione. Cùm enim ex concupiscentia nobis innata , & occupatione in exterioribus fieret iactura deuotionis , per quam homo rediret ad Deum: profectò, nisi per hoc Sacramentum frequenter sumptum instauratione fieret, timendum esset, ne anima profus alienaretur à Deo , & spiritaliter moreretur. Vnde monet Innocentius cauendum esse, ne, si nimis huius Sacramenti sumptio differatur, in montis periculum incuratur. Ex quibus satis apparet, frequentem Eucharistiæ sumptionem vtiliorem , & magis fructuosam , quàm abstinentiam ab ea esse.

Secunda. Hoc Sacramentum est Sa- *Secun-*
 cramentum vnitatis, vt inquit D. Tho- *da ra-*
 mas in Ioan. quia videlicet per istud ho- *tiq.*
 mo maximè vnitur Deo per amorem
 & deuotionem : Et in 4. dicit. Virtute
 huius Sacramenti quandam transfor-
 mationem hominis ad Christum per
 amoris vnionem fieri. Quantò igitur
 frequentius sumitur, tanto magis homo
 Deo

Deo vnitur.

*Tertia
ratio.*

Tertia. Ille actus est perfectior & laudabilior, qui à perfectiori & nobiliori virtute manat. Charitas autem multò est perfectior & nobilior, quàm timor; Cùm ergo frequens ad Eucharistiam accessus ex charitate & amore Christi, abstinètia verò ex timore proficiscatur; sequitur, laudabilius & perfectius esse accedere, quàm abstinere.

*Quarta
ratio.*

Quarta. Huius Sacramenti vsus ex pluribus & nobilioribus virtutibus nascitur, ex religione, & Christi amore; ex gratitudine, qua ei obnoxij ob immensa beneficia per ipsius passionem nobis collata reddimur; ex confidentia bonitatis eius, & deuotione. Nec humilitas, & reuerentia in tanti Sacramenti sumptione desiderantur, dum Christi excellentiam & summam bonitatem in eo intuemur atque perspicimus, nostramque dignitatem & indigentiam consideramus atque cognoscimus. Qui verò abstinet, etiam si ex humilitate & reuerentia Sacramenti abstineat, non tamen amore, quæ nobilissima virtus est, nec suauissima confidentia in Christo mouetur; quam ipse Dominus tanto studio nobis sapissimè commendauit, cùm
para-

paralytic
tuntur t
Confidit
ego vici
verum id

Quin
sto nobi
sumendu
Hoc fac
nem: Erg
liter pos
moriã
Christi
præcipu
deri pot

Sicut
nulla re
minica
nulla no
honore
Sacram
sionis m
re magi
gratos
in vsu
retribu
tribuit

Sext
bono

paralytico diceret; Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua. Et discipulis; Confidite, quia ego sum. Et Confidite, ego vici mundum. Quibus planum fit, verum id esse, quod nos affirmamus. *Matt. 9. Marc. 6. Ioan. 16*

Quinta. Hoc Sacramentum à Christi sumendum proponitur ijs verbis: Hoc facite in meam commemorationem: Ergo qui accedere, quum laudebiter possit recusat, negligens sic ad memoriam reducere beneficium Passionis Christi, quæ in usu huius Sacramenti præcipuè celebratur, certè ingratus videri potest. *Quinta ratio.*

Sicut enim de Doctorum sententia in nulla re magis, quàm in celebratione Dominicæ Passionis DEVS honoratur: ita nulla nos ratione maiorè possumus Deo honorè habere, quàm per dignam huius Sacramenti sumptionem, in qua eius Passionis memoria celebratur; neq; in alia re magis Dei beneficia recognoscere & gratos nos ipsi præstare possumus, quàm in usu illi. Vnde in Psalmis dicitur: Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicè salutaris accipiam. *Psal. 111.*

Sexta. Bonum ex se, excellentius est bono per accidens; Sed sumptio huius Sacra-

Sacra-

Sacramenti est bona ex se : abstinentia autem non est bona, nisi per accidens: quia solum ex communicatione abstinentis, quatenus metus est, ne minus ritè sumatur. Igitur excellentius est, &c.

Septima ratio,

Septima. Laus etiam frequentationis Eucharistiæ optimè sumitur ex multiplici effectu, quem mirabiliter eius sumptio agit: Tollit enim peccatum mortale præteritum, existens, & futurum. Non quòd existens in peccato mortali, cuius sibi est conscius, illius remissionem consequatur; Sed tò dicitur tollere peccatù præteritum, quod reliquias culpæ, & dispositiones ad peccata tollit, ut pronitatem ad recidendum, & habitus virtuosos ex peccatis relictos. Tollit etiam peccatum existens, illud scilicet, cuius oblitus sumus, vel non habemus conscientiam & affectum: & peccatù quoq; displicens per attritionem. Cùm enim parvus dolor, qui à Scholasticis attritio dicitur, satis non sit ad remissionem mortalis, hoc Sacramentum cum attritione causa potens efficitur, ut sentit D. Thomas, alijq; Doctores, Tollit quoq; mortale futurù, quatenus robur ad declinanda deinceps mortali tribuit. Et quòd hos effectus producat, præter consensum Doctorum, qui hoc

Thomas

hoc asserunt
Dominica
mus Pane
petimus di
ne induca
remur à m
sumptioni
quorum n
Octava
delenda ve
tentiarum
tem: Si qu
sti, in remi
tur debeo
pecco deb
Et in lib.
hunc cibu
dianam in
autem inf
B. quoque
hæc oblat
fus, quia
quibus n
potest: h
etiam de
Venialia
nentia au
Non
ti pœna

hoc asserunt; videtur etiam ex oratione Dominica colligi, vbi postquam petiimus Panem illum super substantialem, petimus dimitti nobis debita nostra, & ne inducamur in tentationem, sed liberemur à malo: tanquam effectus dignæ sumptionis sanctissimæ Eucharistiæ, quorum nullum ipsius abstinentia parit.

Octava. Valet etiam Eucharistia ad delenda venialia, vt inquit Magister sententiarum, Ambrosium adducens dicens: Si quoties effunditur sanguis Christi, in remissionem peccatorum effunditur, debeo semper accipere: qui semper pecco debeo semper habere medicinam. Et in lib. de Sacramentis, affirmantem, hunc cibum quotidianum contra quotidianam infirmitatem sumit quotidiana autem infirmitates peccata sunt venialia. B. quoque August. ait: Iteratur quotidie hæc oblatio, licet Christus sit semel passus, quia quotidie peccam? peccatis sine quibus mortalis infirmitas viuere non potest: hæc autem sunt venialia. Innoc. etiam de hoc sacramento loquens ait: Venialia delet, & caret mortalia. Abstinentia autem nihil horum agit.

Nona. In sumptione huius Sacramē. ti pœna peccatis debita remittitur, vel tota

Octava ratio. Magister sententiarum in 4. dist. 12. Ambros.

August.

Innoc.

Nona ratio.

I
abstinentia
er accidens:
tione absti-
ne minus ri-
us est, &c.
uentationis
ur ex multi-
ere eius sum-
tum mortu-
urum. Non
rtali, cuius
onem con-
ere peccatū
ulpæ, & dif-
vt pronita-
us virtuosos
riam pecca-
cuius obli-
nscientiam
& displicens
paruus do-
o dicitur, sa-
rtalis, hoc
e causa po-
omas, alijq;
ale futurū,
da deinceps
effectus pro-
torum, qui
hoc

tota, vel pars, ex dispositione saltem suscipientis propter deuotionem & charitatis feruorem, qui valet non solum ad remissionem culpæ, sed etiam pœnæ, vt inquit Alexander.

Alex.

parte 4.

questio.

41.

Decima

ratio.

Decima. Quamuis accipienti hoc Sacramentum, & abstinenti, bonum ex bono ipsorum motu æquale contingeret, tamen qui accipit, eximium quoddam bonum consequitur, quo defraudatur qui abstinet: amplissimam videlicet gratiam, quæ cuilibet bene parato per ipsius Sacramenti vsum confertur. Sacramenta enim nouæ legis præter gratiam, quæ ex opere operantis à Deo tribui solet, gratiã quoq; ex opere operato (vt Scholasticorum more loquamur) conferunt. Quo vocabulo doctores Deum peculiari quodam fauore prosequi eos, qui ad Sacramenta ritè accedunt, & singulari priuilegio ipsum Sacramentorum vsum ornare, significant. Cùm em̄ Deus pro sua uisissimo suæ sapientiæ ordine ijs, qui sacramentis non vtuntur, gratiam juxta dispositionem motumque liberi arbitrij auxilio gratiæ, quo præuenitur obsequētis, seque ad Deum conuertentis, soleat impartiri: illos, qui hæc Sacramenta bene ritèq; accipiunt, gratia maiore prosequitur,

quitur, quæ
Dei conue
Quod sanè
Iesu Chri
gularibusq
cto cum ha
inito & co
beralissimè
uinæ gratia
vt sua ad D
tam, etiam
cuturus, ac
mentorū v
rem & cum
si in omnib
rum est, pr
gnissimū e
esse comp
ostendit,
bonam gr
Quare qu
tiam, vel g
psam Sac
tur, quàm
nens Itaq
id esse qu
fructuosi
am accip
Vnde

quitur, quàm ipsa earum dispositio, & ad Deū conuersio, deuotioq; promereatur: Quod sanè ipse in gratiā Domini nostri Iesu Christi pro eius præclarissimis singularibusq; promeritis simul & pro pacto cum hac Sacramenta accipientibus inuito & confirmato, benignissimè & liberalissimè facit. Quapropter q̄ ope diuinæ gratiæ præuenientis ita paratus est, vt sua ad Deū conuersione aliquam gratiam, etiam sine sacramentis esset consecuturus, accedente recto ipsorum Sacramentorū vsu, non eam solum, sed vberio- rem & cumulatiorem assequitur. Id autē si in omnib⁹ nouæ legis Sacramentis ve- rum est, profectò in Eucharistia, quæ di- gnissimū est Sacramentum, longè verius esse comperietur. Quod & ipsum nomen ostendit, cūm Eucharistia, Græca vox, bonam gratiam apud Latinos significet. Quare qui etiā dignè sumit, semper gra- tiam, vel gratiæ incrementum, propter i- psam Sacramenti sumptionē, consequi- tur, quàm neuiquam consequitur absti- nens. Itaq; vel hoc vnum conuincit verū id esse quod dicimus, multò melius & fructuosius esse frequenter Eucharisti- am accipere, quàm abstinere ab ea.

Vndecima. Si consideremus quoque
hoc

*Vndeci-
ma ra-
tio.* hoc Sanctissimum Sacramentum, vt sa-
Effectus crificium est, quosdam mirabiles effe-
Sacra- ctus, non solum recipientibus, sed etiam
menti in his, pro quibus offertur, producit.
Euchari- Nam viuis impetrat dispositiōē gratiā,
stia. & remissionem peccatorum, non tan-
 quam causa proxima, sed quatenus im-
 petrat gratiam contritionis, per quam
 peccata remittuntur, & gratia gratum
 faciens confertur Impetrat etiam vel o-
 mnino vel saltem ex parte remissionem
 pœnæ. Quatenus enim sacrificium est,
 rationē accipit satisfactionis. Impetrat
 etiam pacem, & sanitatem, & multa alia
 bona: vt constat ex sacris ab Ecclesia ad
 hunc finem institutis Mortuis autem ea-
 tenus prodest, quatenus eos à pœnis pur-
 gatorij per modum suffragij liberat; vt
 Ecclesia Catholica credit, tueretur ac do-
 cet. Beatos quoque lætificat: Gaudent e-
 nim accidentali lætitia de honore, qui
 in celebratione huius Sacramenti Deo
 exhibetur. Gaudent etiam de honore,
 qui eis propter Deum in hoc Sacramen-
 to tribuitur, quando in honorem illorū
 Deo offertur. Gaudent præterea de be-
 neficijs, quæ mater Ecclesia in filijs, tam
 viuis, quā mortuis ex celebratione hu-
 ius sacrificij accipit. Vnde venerabilis
 Beda

Beda (vt fu-
 cerdos no-
 re omitte-
 etiam Tr-
 los lætit-
 fidiō & g-
 refriger o-
 beneficio

Duode-
 suauissim-
 Sacramen-
 erit in qu-
 Iesu Chr-
 frequent-
 lo reficij
 digna ill-
 mam fid-
 duodecim
 scriptum
 Et ostend-
 didum ta-
 tem de se-
 eius: & c-
 vitæ affe-
 gulos m-
 folia lig-
 bus fruc-
 vnde, si v-
 rō Doct-

Beda (vt superius adduximus) scribit: Sacerdos non legitime impeditus celebrare omittens quantum in eo est, priuat sanctam Trinitatem laude & gloria, Angelos letitia, peccatores venia, justos subsidio & gratia, in purgatorio existentes refrigerio. Ecclesiam spirituali Christi beneficio, & seipsam medicina & remedio.

Duodecima. Si respiciamus etiam ad suauissimos fructus, qui ex digna huius Sacramenti sumptione nascuntur, quis erit in quo sit vel tenuis scintilla spiritus Iesu Christi, qui non cupiat, non solum frequenter, sed etiam frequentissime illo refici. Narrat enim sacri Doctores, ex digna illius sumptione provenire in animam fidelem duodecim fructus similes duodecim fructibus ligni vite, de quibus scriptum est Apocal. ultimo, vbi legitur: Et ostendit mihi fluuium aque viue, splendidum tanquam chrysellum, procedentem de sede Dei & Agni in medio platee eius: & ex utraque parte fluminis lignum vite afferens fructus duodecim per singulos menses reddens fructum suum, & folia ligni, ad sanitatem gentium. De quibus fructibus scribit Rich. in 4. distincte vnde, si vis, eos colligere poteris. Alij vero Doctores illos duodecim fructus ex hoc

*Beda.**Duodecima ratio**Fructus duodecim manantes**ex sacram.**Eucharistia.**Richar.*

Beda

hoc Sacramento manantes sic enumerans: Viuificare, Inflammare, Patientiam dare, Nutrire, Restaurare, Vnire, Communicare, Sanare, Conseruare, Roborare, Perducere: quos fructus explicando religiosi ac docti viri copiosissimè persequuntur B. quoque Bernardus breuius Eucharistiæ fructus percenset: dum ait: Eucharistia medicina est aegrotis, peregrinantibus diæta, debiles confortat, valentes delectat, languorem sanat, sanitatem seruat: fit homo mansuetior ad correptionem, patientior ad laborè, ardentior ad amorem, sagacior ad cautelam, ad obediendum promptior, ad gratiarum actiones deuotior. His omnibus fructibus seipsum defraudat, qui abstinet à communione.

Bernard.

*Decima
tertia
ratio.*

Decimatertia. Qui frequenter accedit ad Eucharistiam, frequenter conscientiam suam examinat: qua examinata, sua peccata deplorat ac detestatur, sibiq; in posterum innocentiae legem indicit. Ex quibus actibus magnum meritum accrescit: quo priuatur abstinens, quamuis sit in gratia. Quis igitur dicere audebit, vtilius esse abstinere à communione, quàm frequenter accedere, nisi quis voluerit contendere, melius esse in via Domini sedere, quàm progredi.

Deci

Decima q
communio
cedit ad con
ter confite
mam suam
mani labe pe
conseruat:
diam, ne se
confiteri ne
& vires, qu
communio
propter se
quam adha
tentur, v
permaneat
abstinencia

Decima
chanica cr
entes, qua
tatis perit
Quòd si ro
tes, respo
Sacramen
mirabiles
mum cha
norum m
dium, ma
temptu, f
mundi, &

es sic enume-
re, Patientiam
, Vnire, Com-
uare, Robora-
us explicando
osissimè perle-
ardus breuius
enset: dum ait:
agroris, pere-
confortat, va-
n sanat, sanita-
suetior ad cor-
laborē, arden-
r ad cautelam,
or, ad gratiarū
nibus fructi-
qui abstinet à

uen'er accedit
pter conscien-
examinata, sua
statur, sibiq; in
m indicit Ex
meritū accres-
s, quamuis sit
ere audebit, v-
munione, quā
quis voluerit
n via Domini
Deci-

Decima quarta. Qui frequenter ad communionem accedit, frequenter ac-
cedit ad confessionem. Qui verò frequenter confitetur, melius ac facilius animam suam custodit, & cor suum ab omni labe peccati vacuum integrumque conferuat: tum propter sacram verecundiam, ne scilicet sapius eadem peccata confiteri necesse sit: tum propter robur & vires, quæ ex frequenti confessione & communione percipiuntur, atque ideo propter sedulam operam curamque, quam adhibent, qui frequenter confitentur, vt in statu gratiæ continenter permaneant. Nihil verò horum propter abstinentiam à communione contingit.

Decima quinta. Si expertes in arte mechanica credendum esse testantur Sapientes, quando in studio spirituali exercitatis peritisq; fides maior est adhibenda? Quod si roges frequenter communicantes, respondebunt se ex frequenti huius Sacramenti sumptione effectus sentire mirabiles: ardentiorē in Deū & proximum charitatem, vehementius ad diuinorum mandatorum obseruationē studium, maiorem rerum terrenarum contemptū, firmiores vires contra demonis, mundi, & carnis impet^o, Confitebuntur

pra-

Decima
quinta
ratio.

præterea se à multis vitijs & defectibus expeditos, quibus irretiti & implicati ante frequentationem huius mysterij tenebant. r. Neq; (vt arbitror) abstinentes dicent, experiri se ex sua abstinentia tales effectus.

*Decima
sexta ratio.*

Decima sexta Qui abstinent à communionem, ideo abstinenti (vt ipsi aiunt) vt postea deuotius ac reuerentiùs accedant Sed tu quomodo scis te per abstinentiã eam deuotionem & reuerentiam adepturum. quam in frequentatione inuenire non possis? Cum talis deuotio & reuerentia ex ipsa, vel in ipsa sumptione à Deo sapissimè conferatur: sapissimeq; contingat, vt quanto quis magis abstinet à communionem: tanto frigidior & magis indeuotus reddatur? Nihil autem irreuerentiæ timor, stultus est, qui Domino se inuitanti non credit. Vnde Ioannes Gerson in Magnificat: Stultus, inquit, est timor, & reuerentia minùs prudens illius, qui ad Dominum se vocantem & inuitantem non accedit, sed procrastinat. Vnde sæpe euenit illud. Qui non est hodie, cras minùs aptus erit. Ait præterea illos, qui nolunt ad Eucharistiam accedere, nisi sint actu deuoti ac feruidi, similes esse frigidis, qui nolunt

lunt ac
calidi:&
cos nisi
tia diuin
accidit
noluit d
rò volui

Deci
quod fr
non est r
rò conti
accidit,
nionem
dat. tam
trarium
rò indeu
habitus
delectab
rò acced
ris hodie
collectu
mundo,
agnouer
persequ
santes ti
fidiantes
Dices, fr
det. Sæpe
hominer

lunt accedere ad ignem, nisi prius sint calidi: & infirmis, qui nolunt adire medicos, nisi prius sint sani; quibus ex iustitia diuina sæpenumero contingit, quod accidit Adæ, qui cum erat in Paradiso, noluit de ligno vitæ comedere, cum verò voluit, non potuit.

Decima septima, Excellens bonum *Decima* quod frequentius certiusque contingit, *septima* non est relinquendum pro incerto & raro contingenti. Quare etsi aliquando accidit, vt qui rariùs accedit ad communionem, deuotiùs & reuerentiùs accedat tamen (vt inquit idem Gerson) contrarium sæpe contingit, vt scilicet multò indeuotiùs frigidiusque accedat. Quia habitus (vt ait Philosoph. 2. Et hic.) facit delectabiliter operari: quo caret, qui raro accedit. Vnde subdit idem: Distraheris hodie? parum deuotus es? parum recollectus? plurimum tentatus à carne, mundo, & demone? credo equidem; sed agnoueris quod non dormiunt qui te persequuntur: cras ijdem erunt aduersantes tibi hostes, tuæque deuotioni infidiantes, quales sunt hodie: Subjungit: Dices, frigidus sum, aut tepidus Responderet, Sæpe sustinuit initium celebrationis hominem parum deuotum, & frigidum, quem

L

quem

quem in fine dimittit calidum & feruidum : corpus Christi ignis spiritualis, accede ad hunc ignem, & facilius calesces. Ex quibus apparet, quã stultè faciunt, q̃ diu abstinēt, vt deuotius accedant.

*Decima
octaua
oratio.*

Decimaoctaua. Qui ad Eucharistiam veretur accedere, is aut abstinere, quia confusus de industria sperat se alio tempore aptiorem futurum : aut abstinere, quia maiorem Dei gratiam se preparantem expectat. Si prius ; stulta est persuasio & opinio, neque enim toto vitæ tempore quis sua industria dignum se reddere potest tanto mysterio, cum id diuino munere, & non industria nostra nobis donetur. Quòd si hæc cogitatio in mente nostra altius insidebit, intelligemus profectò indigentiam nostram, & sic humiliabimur coram Deo. Humilitas autem vel maxima est quæ nos ad dignam tanti Sacramenti sumptionem disponit. Si posterius, fatua est expectatio: cum Dominus semper nobis præsens sit, conferens gratiam suam impedimento sublato. Prope est enim Dominus inuocantibus se. Neque nouit tarda molimina Spiritus sancti gratia, vt inquit

Ps. 144.

Ambros.

Ambrosius. Vides igitur quàm inutilis, & quàm stulta sit hæc tua à tam salutifero

fero

fero Pan

Decim
rum, qu
in veter
puè tam
tribus in
diebus, p
num cibo
ratum fig
sanctissim
mere vsq
vsque ad
ipsum fac
ria sua, vi

Vigesi
anem tin
à liberta
sunt, qua
sto, eiusq
modi ho
jecti ad st
ritate, te
qui frequ
gelicæ fid
na gaude
eres, atq
uidi. Vix
næ vitæ st
omnipot

lidum & feru-
gnis spiritualis,
& facilius calef-
quã stultè faci-
otius accedant.
d Eucharistiam
abstinet, quia
at se alio tem-
: aut abstinet,
ciam se præpa-
; stulta est per-
enim toto vita
ria dignum se
sterio, cum id
ndustria nostra
hæc cogitatio
idebit, intellie
tiam nostram,
n Deo. Humi-
st quæ nos ad
i sumptionem
ua est expecta-
nobis præsto
n impedimen-
nim Dominus
ouit tarda mo-
tia, vt inquit
quàm inutilis,
a à tam salutis
fero

fero Pane abstinentia.

Decimanona Eucharistiæ Sacramen- *Decima*
tum, quamuis innumerabilibus figuris *nonara-*
in veteri lege fuerit designatum, præci- *tio.*
puè tamen expressum fuit in Manna pa-
tribus in solitudine dato, quòd singulis
diebus, præter Sabbatum, in quodiam *Ex. 16.*
num cibum colligebatur. Vt ergo figu-
ratum figuræ respondeat, licet ac decet
sanctissimum Christi corpus quotide su-
mere vsque ad verum Sabbatum, id est,
vsque ad diem gloriosæ quietis, in quo
ipsum facie ad faciem, sicuti est in glo-
ria sua, videbimus.

Vigesima. Qui à communionem ob in- *Vigesi-*
anem timorem irreuerentiæ abstinent, *ma ra-*
à libertate Christiana longissimè ab- *tio.*
sunt, quæ tota plena est fiducia in Chri-
sto, eiusq; promissionibus: suntq; huius-
modi homines nimis scrupulosi ac de-
jecti ad studiosas actiones, frigidi in cha-
ritate, tepidi in oratione. Contra verò,
qui frequenter communicant, sunt Euan-
gelicæ fiduciæ pleni, libertate Christia-
na gaudentes, ad agendum fortes & a-
cres, atque in oratione ardentes, ac fer-
uidi. Vix enim reperies in toto Christia-
næ vitæ studio, quòd magis mentem ad
omnipotentiam, cæterarumque quæ in
L. 2 Deo

Deo sunt. virtutum cognitionem, quam huius Sacramenti consideratio & contemplatio attollat. Nihilque inuenies, quod vberiore gratiam, ad benè studioseque viuendum, atque in via Domini progrediendum, quam frequens sanctæ Eucharistiæ sumptio conferat.

*Vigefi-
ma septi-
ma ra-
tio.
Mat. 26*

Vigesima septima. Cùm postremò vni-
genitus Dei filius pro summa sua libera-
litate humanam naturam in vnitatem di-
uini suppositi sumere, & seipsum Deum
& hominem in sacramento donare vo-
luerit. Accipite (inquiens) & comedite,
Hoc est corpus meum. Equidem excogi-
tare nequeo, qua ratione vel ingrati-
tudinis, vel inhumanitatis effugere crimè
possimus, si vel sprete tanta Redempto-
ris munificentia, tam præclarum ac sin-
gulare munus, tam liberaliter nobis ob-
litum, ob inanem, quendam timorem
respuamus. vel tantum principem, ac do-
minum ad nos vltro venientem, domiq;
nostræ diuersari cupientem excludamus,
sed ad alios eum diuerrere patiamur, ne-
scio quam excusationem irreuerentiæ na-
cti, cùm ipse nihil æquè in nobis ac cor-
contritum & humiliatum, simplicemq;
ac sinceram paupertatem desideret.

F I N I S.

A D H
S A



ter sumere
taliq; abft
superest, y
gis huma
nuptias te
cipite & c
Et, Hoc
tionem. P
ne in vitiu
è regno c
inuitatis
Hæ nupri
uium est
minis con
ritia hom
illius caro
verè est ci
Angeloru